

**WITH ANSWERED  
QUESTIONS, AND  
IMITATIVE  
EXERCISES. PART I**

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649556267

With Answered Questions, and Imitative Exercises. Part I by Cornelius Nepos & Thomas Kerchever Arnold

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.  
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

[www.triestepublishing.com](http://www.triestepublishing.com)

**CORNELIUS NEPOS & THOMAS KERCHEVER ARNOLD**

**WITH ANSWERED  
QUESTIONS, AND  
IMITATIVE  
EXERCISES. PART I**



# CORNELIUS NEPOS:

WITH

ANSWERED QUESTIONS,

AND

IMITATIVE EXERCISES.

## PART I.

BY THE REV.

THOMAS KERCHEVER ARNOLD, M.A.

RECTOR OF LYNDON,  
AND LATE FELLOW OF TRINITY COLLEGE, CAMBRIDGE.

LONDON:

FRANCIS & JOHN RIVINGTON,  
ST. PAUL'S CHURCH YARD, & WATERLOO PLACE.

1845.

294 g . 132.

SHOULD the plan and execution of this little volume meet with the approbation of able instructors, it will probably be followed by a similar one on selected portions of Xenophon's works.

For the answers to the questions I am principally indebted to the excellent editions of Cornelius Nepos by *Bremi*, *Dähne*, and *Jaumann*.

T. K. A.

Lyndon, Jan. 31, 1845.

## CONTENTS.

---

	PAGE
PREFATI <sup>O</sup> .	1
Questions and Exercises.	55
1. MULTIADES.	3
Questions and Exercises.	60
2. THEMISTOCLES.	8
Questions and Exercises.	80
3. ARISTIDES.	14
Questions and Exercises.	108
4. PAUSANIAS.	16
Questions and Exercises.	113
5. CIMON.	19
Questions and Exercises.	127
6. LYSANDER.	21
Questions and Exercises.	136
7. ALCIBIADES.	23
Questions and Exercises.	145
8. THRASTRULUS.	30
Questions and Exercises.	166
9. CONON.	32
Questions and Exercises.	171
10. DION.	35
Questions and Exercises.	175
11. IPHICLATES.	41
Questions and Exercises.	190
12. CHABRIAS.	42
Questions and Exercises.	193
13. TIMOTHEUS.	44
Questions and Exercises.	197
14. DATAMES.	47
Questions and Exercises.	200
INDEX.	211

## P R A E F A T I O.

---

### ARGUMENTUM.

*Auctor scripturae genus, quo usus est, et rerum, quas persecutus est, levitatem excusat morum Graecorum et Romanorum diversitate.*

I. Non dubito, fore plerosque, Attice, qui hoc genus 1 scripturee leve et non satis dignum summorum virorum personis indicent, quem relatum legent, quis musicam docuerit Epaminondam; aut in ejus virtutibus commemorari, saltasse cum commode scienterque tibiis cantasse. Sed hi erunt fere, qui, expertes litterarum 2 Graecarum, nihil rectum, nisi quod ipsorum moribus conveniat, putabunt. Hi si didicerint, non eadem omnibus esse honesta atque turpia, sed omnia majorum institutis judicari, non admirabuntur, nos in Graecorum virtutibus exponendis mores eorum secutos. Neque enim 4 Cimoni fuit turpe, Atheniensium summo viro, sororem germanam habere in matrimonio: quippe quam cives ejus eodem uterentur instituto. At id quidem nostris moribus nefas habetur. Magnis in laudibus totâ fere fuit 5 Græciâ, victorem Olympiæ citari; in scenam vero prodire et populo esse spectaculo, nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini. Quæ omnia apud nos partim

infamia, partim humilia atque ab honestate remota  
6 ponuntur. Contra ea pleraque nostris moribus sunt  
decora, quae apud illos turpia putantur. Quem enim  
Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? aut  
cujus non materfamilias primum locum tenet aedium  
7 atque in celebritate vereatur? Quod multo fit aliter in  
Grecia. Nam neque in convivium adhibetur, nisi pro-  
pinchorum; neque sedet, nisi in interiore parte aedium,  
quae γυναικεία appellatur, quo nemo accedit, nisi pro-  
8 pinqua cognatione conjunctus. Sed hic plura persequi,  
tum magnitudo voluminis prohibet, tum festinatio, ut ea  
explicem, quem exorsus sum. Quare ad propositum  
veniemus et in hoc exponemus libro de vita excellentium  
Imperatorum.

## I. M I L T I A D E S.

---

### ARGUMENTUM.

CAP. I. *Dux colonorum in Chersonesum mittitur. Irridetur a Lemniis. II. Chersoneso potitur. Lemnum capit et Cyclades. III. Pontis in Histro custos a Dario, qui Scythas bello petebat, constitutus. Dat consilium libertatis recuperanda. Ab Histio impeditur. IV. Suis est auctor, ut ingentibus copiis, a Dario ad puniendos Athenienses missis, obviam eant. V. Ante sociorum adventum vincit Darius. VI. Premium victoriae. VII. Omitit oppugnationem Pari. Damnatur et in vinculis moritur. VIII. Vera ejus damnationis causa.*

I. Miltiades, Cimōnia filius, Atheniensis, quum et antiquitate generis, et gloria majorum, et sua modestia unus omnium maxime floraret, eaque esset estate, ut jam non solum de eo bene sperare, sed etiam confidere cives possent sui, talem futurum, qualē cognitum judicarunt: accidit, ut Athenienses Chersonesum colos vellent mittere. Cujus generis quum 2 magnus numerus esset, et multi ejus demigrationis peterent societatem: ex his electi Delphos deliberatum missi sunt, qui consularent Apollinem, quo potissimum duce uterentur. Nam[que] tum Thraeas eas regiones tenebant, cum quibus armis erat dimicandum. His consulentibus nominatim Pythia praecepit, ut Miltiadē sibi imperatorem sumerent: id si fecissent, incepta prospera

4 futura. Hoc oraculi responso Miltiades cum delecta manu classe Chersonesum profectos quam accessisset Lemnum, et incolas ejus insulae sub potestatem redigere vellet Atheniensium, idque Lemnii sua sponte facerent, 5 postulasset: illi irridentes responderant, tum id se facturos, quam ille, domo navibus proficiscens vento squilone, venisset Lemnum. Hic enim ventus, ab septentrionibus oriens, adversum tenet Athenis proficiscentibus. Miltiades, morandi tempus non habens, cursum direxit, quo tendebat, pervenitque Chersonesum.

1 II. Ibi brevi tempore barbarorum copiis disjectis, tota regione, quam petierat, potitus, loca castellis idonea communivit, multititudinem, quam secum duxerat, in agri 2 collocavit, crebrisque excursionibus locupletavit. Neque minus in ea re prudentia, quam felicitate, adjutus est. Nam quom virtute militum hostium devicisset exercitus, summa æquitate res constituit, atque ipse ibidem manere 3 deerevit. Erat enim inter eos dignitate regis, quamvis caret nomine; neque id magis imperio, quam justitia, consecutus. Neque eo secius Atheniensibus, a quibus erat profectus, officia praestabat. Quibus rebus fiebat, ut non minus eorum voluntate perpetuo imperium obtineret, qui miserant, quam illorum, cum quibus erat pro- 4 fectus. Chersoneso tali modo constituta, Lemnum revertitur, et ex pacto postulat, ut sibi urbem tradant. Illi enim dixerant, quam, vento borea domo profectus, eo pervenisset, esse dedituros; se autem domum Chersonesi 5 habere. Carea, qui tum Lemnum incolebant, eti præter opinionem res occiderat, tamen, non dicto, sed secunda fortuna adversariorum capti, resistere ausi non sunt atque ex insula demigrarunt. Par felicitate ceteras insulas, quae Cyclades nominantur, sub Atheniensium redegit potestatem.

1 III. Eisdem temporibus Persarum rex Darius, ex 514 Asia in Europam exercitu trajecto, Scythia a. C. n. bellum inferre decrevit. Pontem fecit in Histro flumine, qua copias traduceret. Ejus pontis, dum ipse abesset, custodes reliquit principes, quos secum ex Ionia et Aeolide duxerat; quibus singulis ipsarum 2 urbiū perpetua dederat imperia. Sic enim facilime putavit se Græcā linguā loquentes, qui Asiam inco-lerent, sub sua retenturum potestate, si amicis suis